

vnde practicanca est suprad. cautela & remedium sumendū, quod supra dixi, vt maior 14. annis minor tamen 25. ann. semper iuret, se non contrauenturū ratione minoris etatis, nec alia quacunque ratione, vel causa.

92 Superioribus addendū est, quod adhuc eo casu, quo iuramentum maioris vel minoris 25. ann. comprehendat minorem etatem & læsionem vltra dimidiā iusti pretii, vel rescissionē contractus quacunque alia ratione, si læsio enormissima interueniat, poterit impetrata prius absolute a iuramento præfrito contractus rescindi, & est iusta causa eū rescindi enormissima læsio, & sic hoc modo limitatur supradicta cautela & remediū datū & assignatū, vt latissime plures referens tradit Alciat. in dicit. cum contingat numero 77. in fine & sequentibus, vbi late probat p & contra, ampliatur & limitatur, & Couar. vbi s. n. 3. 7. & 8. & Arias Pinell vbi s. n. 7. & 8. & Greg. Lopez in d. gl. Mayor de ca. 70. 7. annos, & dominus meus in d. l. n. 4. 3. & 4. 4. de rescind. vend. testatur communem Marian Soc. lun. conf. 47. n. 40. & sequentibus in 3. part. consil. sequitur idem conf. 53. n. 2. & 3. li. 1. & conf. 48. n. 23. d. li. 1. restatur communē, & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, Decius conf. 8. n. 7. qui est videndus a n. 3. & eam dicit magis communem plures allegans Curt. Iun. conf. 141. per totum, & Roland. à Valle, plures referens conf. 59. n. 25. & 26. li. 1. conf. & idem Couar. li. 2. variar. resol. c. 4. n. 5. apud quos est videndum, quomodo sit consideranda hæc enormissima læsio, quia late id agunt, & plurimos Dd. referunt, & ideo hic id non examinando, eandem etiam opinionem, quod hæc auth. limitetur, qñ interuenit enormissima læsio, plures allegans pro & contra, bene probans sequitur & defendit Matthæus de Affl. etis decif. Neapolit. 322. nu. 8. & sequentibus, vbi dicit ita fuisse vocatum & determinatum in consilio Neapolit. vbi inquit, quod licet hoc casu absolutio iuramenti tantum sit concessa ad effectum agendi, operatur etiam rescissionem contractus, probata læsione enormissima cum citatione partis aduersæ, & sibi etiam ponit vnum casum enormissimæ læsionis, quem videt; Idem enim est enormissima læsio, & dolus re ipsa, vt multis probant Parisius & alij congesti nouissime per Menoch. de arbitrar. iudic. li. 1. q. 8. 7. n. 18. eandem principalem opinionem & sententiam sequuntur & testantur communem & magis communem plurimi relati per D. Burgos de Paz conf. 28. n. 11. & sequentibus, vbi affirmat, quod secundum hanc sententiam, quotidie in Pinciano Regio prætorio iudicatur, & quod habet maximam æquitatem, debet tamen probari hæc enormissima læsio secundum eundem conf. 4. n. 4. idem tamen Doct. Burg. de Paz conf. 3. nu. 20. refert plures tenentes & dicentes, communem opinionem esse contrariam, nempe, quod contractus iuratus rescindi minime possit prætextu læsionis enormissimæ in terminis huius auct. Sacramenta puberum, quā sententiam ipse ibi, & n. sequentibus. in casu illius consilii diuersis rationibus atq; his specialibus concurrētibus, pbat, eandē etiam dicit communem idem conf. 5. n. 7. dicit, maxime eam procedere in renuntiatione legitimæ patris viuētis, etiam data dicit. enormissima læsione, sed quod hoc casu habeat locum dispositio tex. nostri, vt tenent plures Doct. quos ibi refert, quia est ius quærendum, & poterat renuntians prius mori, quam pater, similiter eius pater viuens potuisset bona sua consumere & de eis ad libitum disponere, regulariter tamen prior sententia receptissima est tenenda.

93 Addit in super Couar. vbi supra n. 7. aliam limitationem ad nostrum text. & ad suprad. in læsione maioris vel minori contingere vltra dimidiā iustæ esti-

macionis, simul cum metu reuerentiali & obsequio paterno aut maritali, quia hæc duo simul operantur contractus rescissionē ratione metus, licet iuramentū conuentioni accesserit, ea ratione, quia dolus præsumitur in ea cōuentione adhibitus, & oppressio quædā saltem reuerentia patris vel mariti, alioquin non est verosimile, quod tate læsioni filius filiæ, vel vxor consensisset, vt ipse ibi probat, & inquit, ejus se quoq; meminisse lib. 4. de spons. 2. part. c. 3. §. 6. n. 4. & vltra eū inuenio, quod eandem opinionē tenet etiam Alciat. in d. cum contingat. n. 2. & iterum n. 81. Ignatus Salzed. in adnotat. ad reg. 332. Bern. Diaz. limit. 1. ¶ Quia licet solus metus reuerentialis patris vel mariti non sit sufficiens ad hæc rescissionem fiendam, vt tenent Dd. in c. causam matrimonij, de offic. deleg. Abb. & ceteri in d. cum contingat, vbi Alciat. n. 1. restatur, hanc esse communem opin. tamen si cum hoc metu reuerentiali adsit præd. enormis læsio, bene potest rescindi contractus iuratus, impetrata prius absolute a iuramento, secundum supra relatos, & plures referentem D. Burg. de Paz vbi sup. n. 20. quamvis idem auctor d. conf. 5. nu. 11. referat, contrariam sententiam esse communem & tenendam, alios allegans, loquens etiam in metu reuerentiali adjuncto enormissimæ læsioni, & ita vidi jam in facti contingentia vti hoc remedio hic Placētia per quendam nobilem. ¶ Sed in proposito conuenit examinare: An data enormissima læsione in aliquo contractu iurato, expedito iam, quod propter eam potest & debet rescindi huiusmodi contractus iuratus, an sit necessarium, vt prius petatur relaxatio seu absolutio iuramenti, an vero absq; ea sine reatu perijuri possit contraueniri cōtractui ratione prædictæ enormissimæ læsionis? In quo dubio videtur primo, quod possit agi absque relaxatione iuramenti, quia cum adest huiusmodi læsio, præsumitur dolus & fraus interuenisse, arg. text. in l. Lucius, §. omnes. ff. qua in fraud. credit. & tradit bene Alciat. in d. cum contingat. n. 77. ¶ Sed quado adest dolus in contractu iurato, iuramentū nō obligat, sed est nullius momēti, vt probat tex. in præfenti, & tenent Dd. hic, tex. expressus in c. quamuis pactū, de pact. in 6. & ibi Couar. in 3. par. relecl. §. 4. n. 2. & nō inuenio, quod hanc opinionē sc. vt d. enormissima læsione nō requiratur iuramentū relaxatio ad hoc, vt possit contraueniri cōtractui iurato, tenet Cassan. conf. 31. & Ioan. de Amicis conf. 13. n. 42 & est communis opinio secundū. Ia. conf. 132. n. 8. lib. 4. & eam sequuntur plures Dd. relati per Arias Pinell. in repet. l. 2. C. de rescind. vend. 1. par. c. 1. n. 8. vbi inter alios refert Philip. Dec. conf. 379. col. 2. dicentē hanc opinionē esse magis communē, & idem veteres receptus concludisse videtur, vt per multas auctoritates demonstrat Porcius, quem refert Rol. à Valle nouissime cōf. 60. n. 68. lib. 4. vbi eam tenet & dicit veram, idē Rol. à Valle conf. 59. n. 27. lib. 1. & in minore jurante, læsio enormissima, eandem sententiā plures referens probat Burg. de Paz d. conf. 28. n. 17. ¶ Sed tunc non obstatibus, contraria sententia verior & securior est in animæ iudicio, & communis, imo quod etiam hoc casu sit necessaria iuramenti relaxatio: alias n. perjurus esset, quia absq; præd. absolute a iuramento & relaxatione cōtra iuramentū veniret, quia licet qñ dolus adest in læsione, iuramentū non sit seruandum neq; obliget, tamē hoc intelligitur de dolo vero, vt probatur in iurib. supra adduct. & allegatis, secus vero est in dolo præsupposito ex enormissima læsione, quia hoc casu huiusm. præsumtio nō admittenda in animæ iudicio, nec etiā in foro iudiciali canonico cōstituto de veritate, iuxta c. veritate 8. dist. 1. & in materia concernenti peccatum, proce est hæc, standum est etiam in foro ciuili dispositioni juris canonici, vt in cap. final. cum similibus de prescrip. & ita inuenio, quod hanc secundam opinionem tenent

94

95

96

tenent & præsupponunt pro vera & comuni Abbas. in d. cum contingat. n. 21. & Jacob. de Sanct. Georg. in presenti. & Matth. de Affl. dec. Neapol. 312. n. 9. & sequ. & Couar. de pact. in 6. 2. par. relecl. §. 4. nu. 3. & eam testatur communem Paul. Paris. conf. 45. nu. 51. vol. 1. & eum referens & alios plures, qui eam sequuntur, dicit opinionem hanc secundam veriorē & tutiorē esse Arias Pinell. vbi s. d. n. 8. & petendam esse hoc casu prædictam relaxationem consuluit cum Socin. Rolandus à Valle conf. 59. n. 27. lib. 1. & tenent plures secundū. Burg. de Paz d. conf. 2. nu. 20. in fin. atque ita in praxi semper fieri video, vt petatur prius absolutio & relaxatio à iuramento etiam enormissima sit læsio, quæ præceditur, & non vidi hucusq; agi contra iuramentū hoc est, aduersus contractum iuratum, sine præd. absolute, saltem scilicet, & profero si ego essem aduocatus in huiusmodi causa, non cōsulerem, vt ageretur ad rescissionem cōtractus iurati, absq; eo, quod prius petatur & impetretur absolutio à iuramento contractus, & si essem iudex, non admittere huiusmodi petitionem, confitendo mihi de iuramento petentis super contractu, nisi prius ostenderet absolute a iuramento & relaxationem ipsius iuramenti. Quomodo enim, cū presentatur petitio seu libellus contra huiusmodi contractum iuratum, allegando enormissimam læsionē, potest iudex ipse scire vel intelligere, an illud sit verum verari scilicet enormissimam læsionem in contractu illo iurato, necne, antequam id probetur: cum, etiam si probetur, habeamus communem opinionem veriorē & securiorē & seruandam in vtroq; foro, quod etiam si sit enormissima læsio, debeat præcedere iuramenti relaxatio, ad hoc, vt aduersus contractum possit agi: Et ita concludo in hoc, sine dubio iudicem minime debere admittere huiusmodi petitionem à principio, absq; eo, quod constet de iuramenti ipsius relaxatione, quia iudex ex officio suo potest & debet repellere agentem sine actione, iuxta gl. communiter approbatam in l. vbi pact. C. de transact. maxime in hoc casu, quod datur occasio perijuri, quia sicut res iudicata & transactio impediunt litis ingressum & progressum, vt in c. de lit. contest. in 6. ita etiam & iuramentum debet impedire, quia iuramentum speciē transactionis continet, & maiorem auctoritatem habet, quam res iudicata. Si vero admittatur huiusmodi petitio, & postea tempore sententiæ diffinitivæ ferendæ non constet de relaxatione iuramenti, tunc seruanda est secunda opinio supradicta verior & communis, quod expellatur pars agens de iudicio, & non audiatur, & ita est intelligenda hæc materia.

97

98

viri, contractum cenfeo esse tenendum, imo quod etiam si renuntietur cum iuramento enormissimæ læsioni, adhuc tamē si ipsa interueniat possit ab ea rescindi contractus, impetrata prius absolute a iuramento, vt tenet bene fundans Alciat. in d. cum contingat. nu. 87. & 88. præcipue, quia qua facilitate contraxit eadem præsumitur dicta verba apposuisse, argum. l. doli, §. diuersum. ff. de non. & Alciat. vbi supra, d. n. 88. cum Abb. bare ampliatur, etiam si esset maior, qui cum iuramento renuntiavit enormissimæ læsioni, & hoc late probat & defendit, neque obstat communis opinio gloss. & Doctorum in d. l. 2. supra relata pro prima opinione, quia ea procedit in enormi læsione, quæ etiam est vltra dimidiā, non vero in enormissima considerata, secundum id, quod dicunt Doctores vbi supra, & ita resideo in hac opinione saluo iudicio sententis, & in fauorem huius sententiæ refert plura fundans Aymon. Crauet. conf. 192. incip. casus ita nu. 10. quem & alios eos referens eandem probauit Burg. de Paz. conf. 8. nu. 19.

Sed excluso hoc remedio, restat aliud, scilicet, quando renuntiatio hereditatis paternæ delatæ vel deferendæ facta à filia, etiam minore viginti quinque annis fuerit geminata, iuramento præfrito, quia hoc casu non poterit rescindi prætextu grauissimæ læsionis, cui per geminationem renuntiatum esse præsumitur, argumento text. in authent. sue à me. & in l. si mulier, La segunda, C. ad Senat. consultum Velleian. quibus conlonat l. 3. tit. 12. par. 5. ¶ Vbi probatur, quod licet mulier fideiubendo pro alio non obligetur in effectu quia sibi competit exceptio Velleiani, vt in toto titul. C. & ff. ad Velleian. tamen si bis id faciat pro eadem causa, bene obligatur cessat Velleianum: Ergo ita & eodem modo videtur dicendum in nostro casu, vt geminata renuntiatio enormissimæ læsionis eam excludat, quia duo vincula fortiora sunt vno, vt in leg. Ballista ff. ad Trebell. & plura de verbis geminatis tradit Corsetus in tract. de verbo geminatis & Hippolyt. in l. 1. nu. 38. & sequ. C. ad l. Cornel. de Sicar. & in terminis nostris hanc opinionem tenet Philippus Decius conf. 181. col. penult. & ff. & Alciat. in d. cum contingat. nu. 89. de iureiur. & Couar. vbi supra in d. c. quamuis pactum, 3. p. §. 4. nu. 6. ad si quem & alios pro & contra referent nouissime Ludouic. Mexia in l. Reg. Tol. de restit. termin. loquentem in 4. fundament. 1. par. nu. 17. vbi ipse tenet mediam opinionem.

Sed si bene consideremus text. in d. legib. sue à me & si mulier, non ita simpliciter loquuntur, sed quotiescūq; mulier post primam intercessionem à se factam biennio jam elapso, fecit secundam intercessionem pro eadem causa, vel dedit pignus vel intercessore, quia tunc jam oritur iuris præsumtio, quod in suā utilitatē debitum cedit ex huiusmodi temporis prolixitate iuxta geminationem suæ obligationis, quod secus erit, si intra biennium id faciat, quia tunc eadem conscientia fragilitatis, qua prius intercessit, in secundam iacturā incidere præsumitur, ac perinde non tenetur, vt in d. l. si mulier, & in l. doli, §. diuersum. ff. de non. & in l. 1. §. si oneranda, vers. sed si post interuallum. ff. quar. rerum. actio non detur, vnde ita videtur dicendum in proposito nostro, vt ita demum procedat hæc renuntiatio enormissimæ læsionis, & effectum habeat, si inter primam & secundam renuntiationem biennium intercesserit, secus si in eodem instrumento id fiat, vel post intra biennium, cum leges, in quibus se fundant Dd. in hoc casu loquantur, quia dictum D. seu gl. debet intelligi secundum Coram, quam allegat, vt tenet Bar. in l. non solum, §. si liberationis verba, n. 7. ff. de liber. & leg. & alij doctores, & ita in terminis nostris intelligit rem hanc Alciat. vbi supra, sed adhuc Burg. de Paz vbi s. d. M M M 4

cons. 28. n. 12. plures referens tenet distinde, quod geminatio actus non tollit remedium læsionis enormissimæ.

100 Aliud & tertium remedium ponit Alciat. ibidem in proposito, scilicet, ut apponatur clausula, quod omne, quod plus valet, donat, si ex aliquibus coniecturis appareat, renuntiantem velle donare, ut quia esset seruata solennitas ex forma statuti requisita in donatione, vel quando contraheret cum valde coniuuncto, quia hoc casu satis est præsumendum, quod mens concordet cum verbis, in quo secundum cum multum operabitur arbitrium iudicis, qui ex qualitate contrahentium considerabit, an error vel dolus, vel timor reuerentialis interuenerit, & idè erit si constaret, quod renuntians haberet certam scientiam valoris ipsarum rerum, de quibus agitur, ut quia incoleret agrum, cui renuntiauit vel administravit diu bona paterna, quibus renuntiauit, & sciebat eorum valorem, quo casu non sufficiet clausula generalis, quam notarij solent apponere, quod sciens non per errorem iuris vel facti renuntiat, secundum Alciat. ubi s̄ cuius opinionem principalem alios allegans sequitur Aymon Crauet. consil. 114. nu. 10. & 11.

101 Vnde testifimo ego, quod etiam si notarius dicat, quod plures est, contrahentem donare propter multa benemerita & seruicia sibi facta, pro ut quotidie ponitur in instrumentis, adhuc non sufficeret, quia hæc potius generalis, quam mentalis est reuñtatio, & ex consuetudine potius notariorum apponitur, & ideo nihil operatur, iuxta id, quod notat Bart. in l. 1. 16. quest. 10. ff. de iur. codicil. & sic non colligitur prædictus verus animus donandi, quem Alciat. ubi supra, requirit.

102 Non obstat si dicatur, quod clausulæ consuetæ apponi in instrumentis, censentur appositæ ex voluntate contrahentium, ex tex. in l. si. C. de fidei. quem tex. in hoc allegarunt multi relati per Couar. in rubric. de testam. in 2. par. nu. 14. & hæc est communis opinio secundum Menchac. plures allegantem de success. creat. §. 6. nu. 53. de quo late Iaf. in l. certi conditio. §. si nuntios, nu. 24. & sequ. ff. de cert. petat. & Euerard. in Centuria legal. loco 26. dicit meliorem juris textum illum ad hoc, Ant. de Pano in tract. de pign. primo memb. tert. par. num. 25. & hoc præcipue procedit, cum notarij & tabelliones communiter tempore, quo legunt & recitant scripturam in præsentia partium volentium eam concedere & in publicam formam redigi, postquam legunt principalia ipsius scripturæ, & condiciones, & pacta specialia, quæ contrahentibus placere apponi inter alia, quæ verbis recitant, dicunt: y otorgays scriptura, qual paraciere signada de mi signo, & partes concedunt, itaque clausulæ appositæ & consuetæ apponi per notarios, post illam interrogationem partibus factam iam censentur inseri ex voluntate & rogitu partium, imò ad eas apponendas præcedit solemnitas stipulatio, licet hodie non requiratur. Sed adhuc hæc non obstat, quia, etsi in genere saltem interueniat partium voluntas in huiusmodi appositione clausularum consuetarum apponi, hoc tamen non sufficit, cum verus animus donandi requiratur in nostro casu & proposito, qui ex coniecturis supradictis & similibus colligi debet, non vero ex generalitate verborum, præcipue cum in eis, quando partes annuunt notario dicenti prædicta verba, non exprimat aliquid de donatione, cum etiam si expressus constaret, adhuc in dubio non esset præsumenda donatio, ut in l. cum de indebito, cum similib. ff. de probat. maxime in nostro casu, in quo ultra verba donationis requiritur mens & animus donandi.

103 Vteriusque ut ad opinionem Martini & Citromont. magis communem redeamus aduersus Vltramont.

sententiam, quæ habet; Ut hæc lex confirmet contractum in se nullum per iuramenti appositionem, ex ea inferitur, quod si minor 25. annis habens curatorem fecerit aliquem contractum sine licentia sui curatoris & eum iurauerit, validatur talis contractus, & minor remanet obligatus ex eo & conueniri poterit, quia licet minor non possit aliquem contractum gerere sui obligatorum sine auctoritate curatoris, & contractus aliter factus sit nullus, ut in tot. tit. C. ff. de auct. tut. vel cur. tamen si ipse minor iuret ipsum contractum, bene valet & tenet huiusmodi contractus, ita tenet in præfenti Petr. de Bellap. & eom referens sequitur & bene probat Cyn. hic n. 8. ubi inquit huic opinioni.

Non obstat quod minor curatorem habens simi letur pupillo, ut in l. si curat. habens. C. de in integr. restit. minor. at pupilli iuramentum nihil operatur super contractu suo, ut supra est dictum & infra latius dicitur; Igitur, &c. quia huic difficultati responderetur, verum quidem esse, minorem curatorem habentem æquiparari pupillo in hunc effectum, ut sicut contractus pupilli factus sine auctoritate sui tutoris est nullus, ita & eodè modo, & factus sine suo curatore, qui per dationem curatoris videtur ipsi adulto bonorum administratio interdita, ut in d. l. si curat. at interueniente iuramento, differens quidem ratio est ac multum diuersa in contractibus horum, scilicet, pupilli & adulti, quia in pupillo est defectus ætatis ad iurandum, ac per consequens deficit iudicium & discretio, quæ requiritur in iurante, quia intellectus ipse est imbecillis, adultus vero habet ætatem & iudicium integrum ad iurandum.

Ac perinde si nil mirum, si argumentum à simili & ab æquiparatis data dissimilitudine pereat, ut in l. inter stipulantes, §. sacram ff. de verb. oblig. ibi, sed hæc dissimilia sunt, &c.

Item & secundo responderetur, quod ad hoc, ut sit bona similitudo, & procedat argumentum eius sufficit, quod conueniat in casu, de quo agitur, ut probat tex. in l. si. C. de collat. per quem tex. ita tenet Iaf. in d. l. si fueram, nu. 22. & Euerard. in centur. legal. loco 10. & Bernard. Diaz de Lugã in reg. 52. ampliat. 2. cum ergo adultus habens curatorem æquiparetur pupillo, solum in hoc, ut contractus ipsorum facti sine auctoritate tutoris vel curatoris sint nulli ipso iure, merito, quod in hoc tantum casu procedat similitudo, non vero quoties interuenit iuramentum, cum hoc casu non inueniatur prædicta æquiparatio, maxime militante diuersa ratione, quia pupillus non potest iurare, adultus autem potest.

His tamen non obstantibus, Salyc. in præfenti contrarium tenet, imò quod iuramentum hoc casu non firmet contractum adulti habentis curatorem sine eius auctoritate celebratum, quia sicut ei est interdita administratio bonorum sine curatore, ita & potestas iurandi, arg. d. l. si curatorem.

Item & secundo si argum. gl. in l. i. iurandum, quod ex conuentione, §. pupillus, verb. debet, in ff. de iur. iur. quæ habet; Quod minor curatorem habens non potest deferre alteri iuramentum, quia in eius detrimentum iuratur; Ergo fortius nec ipse contra se poterit iurare saltem conuentionaliter, omitto nunc, an iudicialiter possit.

Tertia est opinio aliorum existimantium, quod si quidem adultus interrogatus an habeat curatorem, negauerit se eum habere, cum tamen veritas sit in contrarium, tunc bene valeat contractus iuratus ex eo, quia voluit decipere contrahentem secum, ut in l. 3. C. si minor se maior dix. faciunt ea, quæ late diximus de filiofamilias, negante se esse talem filiumfam. tempore contractus, si vero non interrogetur, an habeat curatorem

torem, vel interrogatus respondeat, quod sic, & absque eo contrahat & juret, tunc contractus sit nullus momenti, per text. in l. 3. ad Macedon. & hanc distinctionem communem appellat Cyn. in præfent. n. 8.

Sed profecto prima opinio est verior & communis, & tenenda, quæ aperitissime comprobatur ex opinione Martini & Citromont. quæ est magis communis & prædicatur, quæ habet; Quod si minor alienet rem suam immobilium sine decreto prætoris, & juret prædictum contractum alias nullum, valet & tenet. Ergo si deficiente forma & solennitate decreti prætoris, quod est necessarium in rerum immobilium minorum alienatione, contractus firmatur solo iuramento adulti, eodè pacto firmabitur deficiente auctoritate curatoris, cum utroque casu contractus de per se absque iuramento sit ipso jure nullus, & ita in his terminis dictum est supra, hanc opin. esse communem, & ultra ea, quæ dicta sunt supra, eandem opin. in terminis testatur communem Ant. Gom. 2. tom. c. de restit. min. nu. 18. in vers. Tertio extende. & communem quoque testatur Greg. Lop. in d. l. 6. tit. si. part. 6. in gl. Mayor de catorze annos, in ver. procedit etiam dictum huius legis, & ita est tenendum tam de jure quam in practica, & sæpius vidi ita fieri & consuli, & vidi consulere alios bonos practicos aduocatos.

Non obstat primum motiuum Salyc. tenentis contrarium, quia jam fuit responsum & satisfactum præd. difficultati.

107 Nec etiam secundum eius fundamentum aliquid facit, quia præterquam quod gl. illa hoc non dicit, clarè est, quod sicut adultus habens curatorem, sine cuius auctoritate non potest aliquid facere, ex quo remaneat ipse obligatus, ita etiam non potest deferre iuramentum alteri, ut aduersus se juret absque licentia sui curatoris, quia potest (imo est credendum) pars aduersa jurare contra minorem, atque perinde remaneret adultus obligatus virtute prædicti iuramenti delati per se absque sui curatoris auctoritate & licentia, & in expressio hanc opin. testatur communem Petrus Nunez Auendan. resp. 4. nu. 11. ubi dicit probari in l. 3. tit. 1. part. 3. At vero in nostro casu, licet minori iurando præiudicetur & remaneat obligatus, hoc operatur virtus & robor ipsius iuramenti facti per ipsum, etiam sine curatoris auctoritate, & hoc est, quod disponit nostra authentica cum similib. quia iuramentum, de quo in textu, ligat ipsum adultum iurantem, & est diuersum à iuramento, quod alteri deferretur per adultum, quia hoc non respicit personam adulti neque est de non contrahendo, sed raturum adultum absque iuramento permittit aduersario suo, ut iuret veritatem super negotio, de quo contenditur, & quod ipse stabit suo iuramento, non vero jurat stare, sed promittit absque iuramento, vnde hæc promissio cum non sit iurata & sine auctoritate sui curatoris, nihil valet neque obligat adultum promittentem: Vnde diuersissima hæc sunt & non trahenda ad consequentiam, & ita non solum communem, sed etiam verissimam existimo esse opinionem primam supradictam affirmatiuam, ut iuramentum adulti suppleat defectum licentiæ & auctoritatis curatoris.

Ex quibus si inferretur, quod si adultus non haberet curatorem, posset deferre alteri iuramentum. Hæc est magis communis opinio, ut cum Iaf. concludit Rol. à Vall. cons. 54. n. 2. lib. 2.

Nec obstat etiam, quod Cynus dicat, tertiam opin. & distinctionem supradictam esse communem, quia ego non video Doctores tenentes eam, & licet vsque ad nos non video Doctores tenentes eam, postea vero ipse Cyn. & plerique alij contrarium tenuerunt, atque in practica fertur contraria opinio affirmatiua sine distinctione.

Vteriusque quia supra dictum est de absolute & relaxatione, quæ est petenda à iuramento, quando est enormissima læsio, est aduertendum, quod etiam si is, qui iurauit contractum, iurasset etiam, se absolute aut relaxationem ab illo iuramento non petiturum, ut comuniter solet fieri & apponi per notarios in instrumentis, prout vidi sæpiissime, imò raro inuenitur scriptura publica iurata, quæ hoc non habeat. Iad-huc tamen hoc casu, huius etiam secundi & posterioris iuramenti poterit iurans petere absolute nem atque relaxationem, ut notat eleganter Bald. in l. 2. colum. 2. vers. & quoad primam questionem ff. de iur. iur. & Felin. in c. debitores, nu. 9. de iur. iur. & eos referens dominus meus in l. 2. nu. 33. C. de rescind. vend.

110 Est tamen necessarium hoc casu petenda relaxatio ab hoc secundo iuramento, nec enim poterit is, qui iurauit, absque periurio cum sola relaxatione à iuramento principali super obligatione agere aduersus contractum, ut tradit post alios, quos refert Matth. de Affliat. dec. Neapolit. 30. n. 5. ubi n. 6. inquit, quod si fuerit in periurio ante litem motam super relaxatione, non poterit eam petere, sequitur idem Matt. de Affliat. Neapol. 220. nu. 11. & 12. ubi tenet, quod absolutio concessa à principali iuramento, non facta mentione posterioris iuramenti, non tenet & est subrepticia, etiam si concedatur à Papa, & hæc obreptio potest allegari & tractari coram iudice seculari, ut per eum ibi, n. 8. & 9. qui est videndus omnino, & omnia supra dicta circa hanc relaxationem petendam, & quod sit necessarium, tot relaxationes petere, quot sint iuramenta, & quod suo ordine debent peti, tenet latissime & optime supra dictos & alios plures Dd. referens Roland. à Vall. cons. 34. nu. 5. & seq. lib. 1.

111 Restat nunc examinare; An ad huiusmodi relaxationem concedendam requiratur citatio partis aduersæ, quæ ladi præstatitur ex huiusmodi iuramenti relaxatione: In quo articulo varietas doctorum inuenitur: Et primo videtur dicendum requiri citationem, per textum in l. de vnoquoque, ff. de re iudicat. & in capitulo de causa possess. & propriet. & in Clementina Pastoralis, de re iudic. cum similibus, ubi probatur, citationem esse necessariam, quotiescunque tractatur de alterius præiudicio, quia contra inauditam partem sententia preferri non potest, & ita hæc opinio primam tenet & communior est testatur plures referens ea sequentes Hippolytus de Marf. in d. l. de vnoquoque, n. 163. & eam communem plures allegans testatur Ignatius Salcedo in adnot. ad regulam Bernard. tenent & testatur communem plures Doctores relati per Couarr. li. 1. variar. c. 4. n. 5. & eam testatur receptissimam Ioannes Orosc. in l. nequequam, §. ubi decretum, n. 60. ff. de offic. proconsul. testatur etiam communem plures referens D. Did. Perez in l. 1. tit. 2. li. 3. ordinam. colum. 824. vers. quæro 16. & Ioan Orosc. ubi s̄, hoc ampliat, etiam si huiusmodi relaxatio concedatur à Papa. Sed hæc communis opinio procedit sane eo casu, quo petitur simul absolutio & relaxatio iuramenti, item & quod concessa absolute declaratur contractus nullus, & per consequens is, qui iurauit, petit à contractu se liberum & immunem iudicari: quo casu nimirum si citatio requiratur, cum mere tractetur de præiudicio tertij, & sit interponenda super eo causæ cognitio, & ita procedunt iura supra allegata & dicitur, §. ubi decretum, & ita intelligit materiam hæc Couarr. ubi s̄ dicit, n. 5. qui late agit, coram quo iudice sit hoc petendum, item & an huiusmodi forma agendi, qua cumulantur hæc duo, scilicet, petitio absolute solutionis à iuramento præfinito, & petitio rescissionis contractus, procedat & admittatur de iure, eodè modo intelligit communem supradictum Ignatius Salzedo ubi supra 4. limitat. licet Didacus Perez ubi s̄